

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

Quo modo commouendi sint rurum publicarum administratores. Cap.  
XXXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

plexi, regium esse; populorum commoda spectare, nō sua, homines imaginem Dei gerētes in terris, exemplo & authoritate, præmio & pœna regere, subditos ad veras virtutes, ad cælestem patriam dirigere, seipsum in magna potestate vincere, esse virtutem heroicam, quam regibus necessariam sapientes viri putārunt. Quæcūm breuiter & dilucide temperato quodam genere dicendi vtens, dixerit; populi benè instituti esse, pluribus verbis docebit, amare regem, aut principes suos, eorum consilia semper in meliorem partem interpretari, legibus obtemperare, consilio, opibus, quantum neceſſe est, alacriter eos iuuare.

Quo modo commouendi sint rerum publicarum administratores.

Cap. XXXIX.

**I**NTER auditores verbi Dei, plerūq[ue] in rebus publicis ad sunt multi, qui rem publicam administrat; cum quibus multo liberiū agendum est, cùm ipsi non semper præsent reipub. vt perniciosum sit, ipsos in ullam suspicione improbitatis adducere. Excitādi sunt hi ad politicas virtutes, sed maximè ad veritatem amādām, ad ineptas & malitiosas quasdam blanditiias vitandas: & ad eos sermonem conuertens orator sàpè, vt fecit B. Chrysostomus, cùm ad Antiochenos concionaretur, differat de vitando iuramento; cùm in rebus p[ro]p[ri]is sapiissimè ad conciliandā sibi omnium, etiam improborum, benevolentiam, mendacij, & periurijs ciues in hominum animos illabantur. Excitandi sunt etiā maximè ad anteponenda publica commenda suis; matrem esse communem rem p[ro]p[ri]a. alumnam pacis,

K 4

sanc&

*Sanctæ religionis conseruatricē diuinitus tot & tam magna beneficia illis esse concessa, non ut priuati sibi propria facerent; sed ut libertate & honesto ocio illi fruerentur: vehemens illud studium ad paradas opes, quod à quibusdam adhibetur, adhibetur ad religionem sanctam tuerdam, ad sanciendas & seruandas leges, ad iustitiam collendam, ad salutaria consilia proponenda. Verum ad nobiles cōuertens orationem, quando hi solent esse magnanimi, & plerunque admodum ambitiosi, ad humilitatem maximè sunt excitandi, & valde deterrendi, nè in illud magnum incident dedecus, quod est à parentum gloria degenerare: humilitati in primis studeat, nullam esse nobilitatem, quæ cum Christi nobilitate sit conferenda. Ignobiles, ad veram nobilitatem, quæ in obseruatione religionis & in virtutibus est collocata, sunt accendendi. Docet tamen orator, ut ignobiles nunquam nobilibus se pares putent; quandoquidem cum claris sint orti parentibus, & antiquis sapè diuitijs abundant, illis etiam concessum videtur, vt à ceteris, eis quidam tribuantur honores.*

Quomodo commouendi sint patresfamiliās.

Cap. XL.

**P**ORRO autem cum maior auditorum pars, hac ratione distingui possit, ut alij sint famuli, alij domini, quos rectius patresfamiliās dixerimus; ad hos sapissime ita conuertendus est sermo. nemine rint ideo se constitutos esse patresfamiliās à Domino, ut familiam suam informent, hortentur, corripiant, & consolentur; idque ab illis requiri, ut vniuersa familia suæ se virtutum exemplar